

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi  
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

**Engau, Johann Rudolph**

**Jenae, MDCCXLVIII.**

**VD18 12413879**

Tit. XXXI. De Expositione Infantvm.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10011**

aliosue propinquos occidit dolo malo, grauiori quidem pœna quam rei criminis homicidii, non tamen eadem, qua criminosi parricidæ, plectendum esse iudico (§. LXXV, b.) u).

## §. CCCXC.

Qui in occidendo coniuge, fratre alio-<sup>Indicium</sup>ue cognato, transgressus est limites mo-<sup>ciuile.</sup>deraminis inculpatæ tutelæ, in occisi bona & iura alias sibi quærenda x) non succedit, sed ea fisco relinquere debet y).

## TIT. XXXI.

DE

## EXPOSITIONE INFANTVM.

## §. CCCXCI.

Qui recens natum, ut pereat, abiicit, <sup>Expositio</sup>aut loco solitario uel hyemis tem-<sup>infantum</sup>pore exposuit (§. CCCXXVII, 4.), de cæ-<sup>an capita-</sup>de, si qua sequuta est, tenetur (§. XXXIV, 7.), \* z). Vnde mox cullei (§. CCC-LXXXII), mox gladii (§. CCCXLVI.) pœnae dandus est locus.

\* Infantum expositio, quæ olim ignorabatur, Francorum tempore, ut uel infamia declinaretur uel onus alendi deponeretur, frequentata, immo, ne infanticidia committerentur, sermone sacro imperata est. *Conc. Matisc. c. 6.*

*Engau Ius Crimin. O §. CCCXCII.*

n) *Strecker c. d. c. 3.*

x) *I. P. S. III, 84.*

y) *LVDOLF obs. for 30.*

z) *C. C. C. art. 132.*





## §. CCCXCII.

quando hæc  
pœna ces-  
set?

Quia uero capitalis pœna tunc demum obinet, ubi de expositione, exponētis animo occidendi, & cæde sequuta constat: iubet praxis, eos (1) qui infantem *mortuum a)* abiecerunt, aut (2) neque modo neque tempore periculoso, ut uel infamiam uel onus alendi a se defenderent, exposuerunt *uiuum*, qui postea per accidens periit *b)* &c. relegari, atque illos, quorum doloso consilio non respondit euentus, fustigari *c)*.

## §. CCCXCIII.

Iudicium  
ciuile.

Qui infantem expositum suscepit, *impensas*, si quas in eum propterea fecerit, ab expositionis auctore repetere potest.\*

\* *L. Wisig. IV, 4, 1.* suscipienti tribuit suscepti dominium, ita tamen, ut, uel pretio soluto uel seruo uicario surrogato, illud dissolueretur.

## TIT. XXXII.

DE

## ABORTV PROCVRATO.

## §. CCCXCIV.

Abactio  
fœtus

**P**rocuratio abortus dicitur quælibet actio *d)*, qua fœtus humanus in utero matris latens expellitur.\*

\* Hoc delictum in Germania frequentari cepit, ex quo

a) CARPZOV *de infant. expos.* p. II, §. 13. *Crim.* p. III. nr 3.

b) MYLIUS ad BEY-  
ERVM p. 248. pos. 18. c) BERGER *El. I.*  
d) FROELICH *c.* P. II. p. 192. 2.